hic ostenditur virtus occulta inesse multis rebus per modum forme (fore) specialis — Virtus nempe dei vim celestis speciei
Confert sepe rei meritis sine materiei
Hijs elementalis non est neque materialis
Quam terre natis. sic dat bonitas deitatis
Immo formalis ac si sit bis animalis.

hic inducitur magister albertus ad confirmandum que dicta sunt et dicenda. — Verbis albertus veraxt et dogmate certus
Hoc sine figmento docet et probat experimento
Huic sed doctrine minime favet ars medicine
Nam de mandatis nullum servans ypocratis
Mirifice sanat morbos medicosque prophanat,
Quos et decorat simul et sua lucra minorat.

23 — Qui male sensati dum se dant garrulitati
Absque rei facto neque stant fidei neque pacto
Ignorant quid agant morbos curando propagant
Cruciantque magis. hinc est quod non sine plagis
Sepe procul pelli cedique solent ut aselli

hic ostenditur quod in omni genere virtus occulta hinc invenitur — Celitus infusa virtus in fere reclusa
Ac immensa firmo latitat sociataque limo
Longitur et lapidi sicut sepissime vidi
flumine sive mari solet ac tellure morari
Magnis et parvis brutis rebus et avis
Silvis et pratis vacat in quibus ipsa creatis
Munera (cor.a. Mul..) dat multa prave medicamine fulta
Ut velut inculta medicorum consocio stulta
Prorsus devitat simili quoque munere ditat
Musias et vermes ait hinc doctissimus hermes
Vires in propria dat celis summa sophia
Quas sibi revera collatas celica spera
Confert sensatis animalibus et vegetatis
Ac condensatis lapidali molle gravatis
Has bene qui sciret fieri sine demone quiret
Factor mirorum que fiunt arte magorum
Hermetis dicta nullatenus extimo ficta
Namque modo simili de te miracula vidi
Multociens fieri perceperunt ea veri
Et audi clandique viri mihi reposito laudo
Aut alieni generi. sed perpetrator agenti
Laus et honor primo que per medicum curat imo